

*De febre Hemeritæo, dubitatio consideratione  
digna proposita.*

**E**T si D. Spiegelius speciosum de Hemeritæo publicarit discursum, sed valde dubito, & etiam mirari soleo, si ille ad Italorum in primis Medicorum salivam ac gustum ita accommodatus, ut ex æmulatione nullos experi-ri contigerit Antagonistas, se illius opinioni opponentes. Si illius sententia probanda, sequeretur, pœnè omnes febres continuas passim grafsantes, tertia die magis ingratulentes, (quas veteres pro Tertianis continua reputabant) pro semiter-tianis aestimandas. Videtur illud potissimum refragari, dum ipse Spiegelius refert, se in rebus cadaveribus eorum, qui ex illis febribus decesserant, semper depræhendisse inflammations vel erysipelaceas, vel erysipelata inflammatoria, in ventriculo, intestino, jejunio, ileo, colo, mesenterio, modò in hac, modò in illa parte.

Siquidem juxta istam avrofias & oculatam fidem, illæ semiterianæ, ex prædictarum partium inflammatione pronatae, haud erunt ætimanda febres continuaæ Essentialæ, sed symptomaticæ, id prisorum & neotericorū monumentis revugnat,

unanimiter statuentium, Hemeritæum compositam esse febrem, ex Tertianâ intermitente, & quotidiana continuâ, cuius fomes hæreat in venoso genere, dum humores biliosi & pituitosi, aut serosi, illic coerciti ac inculcati, conceptâ corruptione ac putredine, ebulliunt ac effervescent, ob interceptam eventationem, nullibi mentione factâ aliqui inflammationis extra vasâ consitentis, & immanem dolorem colicæ aut Iliacæ faciem æmulantem, concitantis. Extra dubium febres illas continuas in populum desævientes esse malignas, earumque fomitem, in venis ex biliosis & pituitosis ac serosis humoribus contemporatis, contineri, non raro exin ad subjectas partes, ventriculum, intestina, Epar & mesenterium amandari & illic cruciatus inflammatorios causare. Utrum autem consimiles febres, ad Hemeritæum referenda, sanc*tæ ixæ*. Nihil tam est incredibile, quod dicendo non fiat probabile, et si non sit apodicticum. Miror D. Spigelium tam sedulum & laboriosum, in dissecandis cadaveribus eorum, qui illis febribus perempti, ut non raro & ipse infectus & morbo corruptus, idem tibi interdum contigisse,

cigisse, Cum saepius per aliquot se-  
ptimanias, custos cadaverum cōstitu-  
tus, etiam noctū, inter ea cubare es  
coactus, ne per insidias studioso-  
rum rapta aliò transferrentur.

Sed de his dabitur commodior  
occasio brevī, coram conferendi.  
Interim ago gratias pro inspicioendo  
Spigelio & exin ansā oblata ad spe-  
culandum.

## EPISTOLA XIV.

*De pilulis antipodagricis Argentinensium, utrum  
tutus earum usus?*

Ad quandam Medicum.

**P**Um omnes homines, præsertim quibus obtigit Genius paulo sublimior, sint appetentes laudum, ita & meus animus ab encomio haud alienus, si intra limites confusat, nec supra gradus meriti concendet. Cum Aristoteles Athenis inambulans, quandam juvenem purpureā veste induitum, cum gravitate ingredientem, in conspicatus, optabat talis esse in re, qualem se esse, ille sibi imaginaretur. Quid nō & mihi in votis, ut talis essem, prout vestri oculi mentis de me critici.

O quam magnus essem, non in *Carthago*, sed in ipsa *Egyptia*. Mihi gaudio, dum animadverto, meas responsiones vobis, præsertim nostrati honorando amico, probari &c etiam estimari, qui aquila in nubibus est, perspicacib⁹ suis oculis omnia cernens & exacte discernens, si mea responsa limatum illius judicium su-

stinent, quis obtructare ausit? Tam honesta censura sit mihi pro magnâ usurā.

Quoad pilulas antipodagricas, ex troch, alhand, diagr. & alo, ros, cincinnatas, quin in avertenda defluxionum materiā (serosos, biliosos & pituitosos humores, ceu caufam antecedentem evacuando) prohibendo, ne ad articulos descendat, plurimum præstare valeant, indubium, sed tamen cum justā discretione usurpandæ. Si aloë solitaria crebrius ingesta Epar lœdit, prout Jul. Cæl. Scaliger Exerc. 160, asserit his verbis: Qui negant aloë Jecur offendit, Experienciæ Scuticæ digni sunt, hoc per annos amplius 40. compertum habuimus. Nolo commemorare qui non solum ab Empyricis pharmaciis, sed etiam à Galenistis in pericula & morbos illius usū conjecti, ex enimus è pernicie manifesta. Quin summus ille ihilosophus, etiam maximi nominis Medicus fuerit, proin

R.F. 2 ipius